SEQUUNTUR DUCIS GEORGII LITERÆ.

Nos Georgius Dei gra[tia] Dux Saxoniæ, Marchio Misniæ Lantgrauius Thuringiæ, Sing[u]lis & singulis præsentes n[ost]ras inspecturis, lecturis uel audituris tras. Notum facimus, Quod prospicientes commodis & utilitati publicæ Subditorum nostrorum, Ducatus & Marchionatus n[ost]ri & Dominiorum n[ost]rorum ad eosdem pertinentium, Quæ ex pacis ac tranquillitatis fructu, pro, uenire solent, non per errorem aut improuise, sed animo deliberato, accedente ad hoc consilio fidelium nostrorum, Concordauimus & confoedera, uimus nos cum serenissimo principe & d[omi]no d[omi]no Vladislao, Vngariæ Bo, hemiæ, Dalmatiæ Croatiæ &c Rege, Marchione Morauiæ Lucemburg: & Slesiæ duce Marchioneq[ue] Lusaciæ, &c: Socero & d[omi]no n[ost]ro gratioso, medio oratorum a Maiestate sua & toto Regno Electorum, & pro his reb[us] agendis et concludendis ad nos missorum, Et præsentibus con, foederamus tam pro nobis, hæredib[us] successorib[us] & subditis n[ost]ris Du, catuum & Dominiorum nostrorum supra memoratorum, perpe, tuis temporib[us] in his clausulis, articulis, punctis & sententijs quæ sequuntur in primis. Quod neq[ue] nos neq[ue] Hæredes aut successores n[ost]ri Saxoniæ duces &c. personis n[ost]ris proprijs, neq[ue] alius uel alij, nostro nomine ullus propter ullam exquisitam aut excogitatam, causam, ullas ullis futuris, et perpetuis temporibus, diffidationes, inimicitias depopulationes, deuastationes depredationes aut excursiones con, tra Celsi: suam Regiam hæredes uel successores Ma[jesta]tis suæ, Neq[ue] contra Coronam Regni Bohemiæ, aut incolas et inhabitatores eius dem Reg, ni ~~Bohemiæ~~, & Coronæ Bohemiæ. Neq[ue] dominia, prouincias, castra oppi,